



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Verbum vulneratum. Anchora spei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XX.

VERBUM VULNERATVM.

Anchora Spei.

Hebr. 6. 1. **S**pes in Christo vocatur ab Apostolo *Quam sicut anchoram habemus animam firmam.* Nam ut anchora nauim inter prostratam tenet absque periculo naufragij: ita veritas stabilis & corroborat animam, ne in tentationibus vitæ periculis deficiat. Hoc verò discrimen cedit inter hanc & illam anchoram: illa prostrata in profundum mare, hæc figitur in celo: illa nauis, hæc omnipotenti Dei bonitati.

2. Hæc in Christum spes, iuxta D. Augustinum, *duobus, puta, in vulneribus Christi, & in ipsius vita est.* *Pater volo, ut ubi sum ego, & ipse sit.* *10. 17.* *Et Aug.* *Non credis? crede, crede. Plus fecit, quam promissum est, quod mortuus sit aternus; quam quod viuat in aeternum.* Plus fecit nobis, inquit Dominus, quam promissit. Nam plus est Deum mori, quam hominem mortalem viuere in aeternum. Itaque si credimus illud adimpletum, credamus speremus etiam hoc posterius fore adimpletum. *Erigit se ergò humana fragilitas, aut idem, non non dicat, ibi non ero.*

In duabus aliis rebus, ait Apostolus, *in Deum spes consistit. Vi per auias res certissimum solatium habeamus, nimirum in promissione & iuramento Dei, quod seipsum in gloria donaturus sit.* Et dicuntur immobiles, quia immobile est, Deum non præstare id, quod promissum est. *Ex hac consideratione fortissimum solatium habeamus.*

et ut alii legunt validam consolationem, vel validam exhortationem habemus: quia, cum respicimus certas & eternas Dei promissiones, cum patientia, magnaque animi promptitudine supportamus cunctas vitæ huius tribulationes, veluti fecere Sancti omnes.

3. Sanctam Catharinam Senensem vice quadam ad desperationem Dæmon deducere satagebat, increpando eam de vita pessimè actâ Cui illa liberè respondit: vera sunt, quæ dicis, & ego me peccatricem fateor: Verum Domini Vulnerum ego recordor, in quibus omnem spem meam reposui. In Domini vulneribus consolabar, & eius pretioso sanguine abluam animam meam, & omnia peccata mea delebo. Undè inimicus costulus, & à vulneribus Salvatoris conuictus abiit & euasit.

Blos. in Mon.

CONSIDERATIO XXI.

CHRISTUS VULNERATUS.

Probatica piscina.

1. Prospexit Deus Legi scriptæ procurando ei piscinâ, occupatam, admirabilem, propter admirabiles, quos causabat, effectus. Quinq; porticus habens. Ad quâ accurrebant infirmi, & miraculosè curabantur ab infirmis suis, ac pristinam recipiebant salutem. Verum in Lege Gratia aliam piscinam longè stupendiorē nobis accommodat infinita Dei Bonitas, Humanitatem sanctissimam Christi, videlicet, quinque habentem porticus sanctissimorum vulnerum, in vniuersalem hominum salutem.

Ioan. 5.

2. Sed considerandum est, quantum figuratum excedat figuram, quantumq; piscina secunda superet primam: in hac enim virtus sanandi non erat continua, ei adtempus, quando descendebat Angelus, & mouebat aquas: Neque etiam curabat omnes infirmos, sed vnum

MSIT
BRBI
V

